


Hippocrates Rembertus Giltzheim


**Liber collection Aphorismorum Hypocratis de vnaqua#[que] egritudine/||**

Rostock: Dietz, Ludwig, 1519

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689266554>

Druck Freier  Zugang





VD 16: H 3764

MF *Ma\_3059.*  
Paläotype **Ink.**



*Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page.*

1  
**L**iber collectionū Apho-

rismorum Hippocratis de vnaquaq; egritudine/  
a capite vsq; ad volā pedis pertractās / in curatio-  
ne atq; prognosi / hoc est prescientia futuroꝝ / que  
medicos non minores quodammodo prophetis  
recte curando exquisitēq; preuisa aliq̄diu procla-  
mauit / omnium iter libros medicorū moy vsura  
breuissima / per Rheimpertum Gilsheimū Bru-  
nopolitanum / artium et Medicine Doctorem /  
nuper Rostochij reuisus simulac publice illic pro-  
viriū nouiter eliminatus.

**A**rs longa.

**V**ita breuis.

**E**xperimentum fallax.

**I**udicium difficile

**I**ntende igitur lector letaberis

**d**iffusus in gaudium



**P**restati ac nobili Caspa-  
ro de Schonech. Illustriū principū Megapoleū.  
zc. Archigēamatheo nō parū disertō / oīmqs precī  
puarū disciplinarum pseuerantissimo / patrono  
suo nō gregario. Rheimpertus Gilsheimi<sup>9</sup> Bru-  
nopolitanus artium et Medicine doctor Salutē

**D**urimas inuestigatiōes in sentētiās me-  
dicorū tāpridē adire cōpulsus / immo ali-  
quētulū allectus Patrone obseruātissime:  
Tū ob aduerse valetudinis corpis curā / qua gra-  
uiter eā affect<sup>9</sup> / quādo ad me ut fieri solet (lz Rhi-  
nocerōte naso) diceret. Medice cura teipsum. Pers-  
suasus quidē absentib<sup>9</sup> medicie doctorib<sup>9</sup> / ad hoc  
officiū necessum iri nō inconsultū fore existimaue-  
rā / & cure nāqz mea agebat vsqz eo tota facies mea  
in Hypocratis frontē ferme esset traducta. Nōdo  
et ne dies (quos tristissimos agebā) absqz tracta li-  
nea discretim preterissent. Inter indagādū inter-  
ea euestigio supraīnscriptū libellū cataphractū mi-  
hi reppi. Quē si laudibus atqz preconis meruisse  
mis exornasse iuuat: inqz prōptissime oīm librorū  
in medicinis breuissima vsura est. Cōstitui igitur  
mecū meo ere in lucē pdeat / z utiqz tuā Patrone  
charissime bibliothecā (quā multiphariā excultā  
cateruatinqz paras.) exornet atqz venuset. Non  
diffido quī hocine facin<sup>9</sup> tue prestātie / tuo quoqz  
munere totī gymnasio Rostochiano erit iucundū  
cōprobatūqz. Oro iterūqz obsecro veluti factū per-  
suasum puto fac age actū sit. Tolle igit et me ut  
solebas cliētulū ad tua desideria tygrū pede citio-  
rē adamoto. Vale. Datū Rostochij in edibus pro-  
prijs. iij. nonas Nouembrijs. Anno. M. D. xij.

**L**iber collectionū aphorismorum Hippocratis de vnaquaqz egritudine a capite vsqz ad volā pedis pertractans / per Rheimpertū Gilsheimiū artū z medicine Doctore nup reuis?

**D**e egritudinibus capitis

Capitulu. i.

**D**e dolore capitis.

**Q**uibuscuqz i febril<sup>o</sup> vrine conturbate vel lut subiugalium / his capitis dolores asunt. Aphorif. 71. quarte ptecle.

Lac dare caput dolētib<sup>o</sup> malū. 64. s. Posteriora capitis dolētia / vena frontis incissa iuuat / 67. s.

Duoz dolorū qui simul sunt / z non fm eundez locū / maior denigrat minore / faciunt etenim hi p canone qui est diuersio. 40. 2.

Dolores i laterib<sup>o</sup> z i pectorib<sup>o</sup> : z i alijs ptib<sup>o</sup> si multū durāt ad discernendū mali sunt. 5. 6.

Dolores z tumores circa vētrē existētes / supiores quidē leuiores / nō superiores vero fortiores 7. 6.

Caput dolenti et circūdolenti sanies aut aqua aut sanguis defluens / fm aures / fm nares / aut fm os / soluit egritudinem. 10. 6.

Quibus dolores a dorso in cubitos transeunt. flebotomia soluit. 22. 6.

Quibuscuqz sanis dolores repēte fiūt in capite / z cōtinue sine voce fiunt z stertūt / tūc pereunt in septē diebus si nō febris eos accipiat 51. 6.

**D**e litargia.

In erisipila putredo aut sanies malū. In litargia tremor malum. 29. 7.

¶

**I**De subet.

In quo morbo somn<sup>9</sup> laborē prestat/mortale. 1.2

**I**De vigilia superflua.

Son<sup>9</sup> z vigilia vtraq; magis mō facta malū. 3.2.

**I**De apoplexia

Apoplexiā maxime fūit in etatibus a. 40. annis  
vsq; ad. 60. 17. 6.

Soluere apoplexiā fortem impossibile est/ debile  
vero non facile. 42.2.

Stragulator z dissolutor nondū mortuoz nō re  
ferūt/ quibuscūq; spuma fuerit circa os. 43.2.

**I**De melancolia.

Si timor et pusillanimitas multū tēp<sup>9</sup> habēt pfi  
cit melancolicū huiusmodi habentem. 24. 6.

In melancolicis egritudib<sup>9</sup> picles eruptioes apople  
xiā: aut spasmū aut cecitatē signū aut mātā. 15. 6.

Melancolicis z nefreticis emoroides inate bonū. 11. 6.

Melancolicis hō vehemēt<sup>9</sup> inferi<sup>9</sup> eadē ratioe cōtra  
ria apponētes. 9.4. **I**De mania

Maniacis variis et emoroidibus innat<sup>9</sup> ma  
nie fit solutio. 21. 6.

In mania dissinteria aut hydrops aut extasis/  
bonū. 1.7. **I**De amentia.

Desipientie cum risu quidem facte securiores: que  
vero cum solitudine moleste 13. 6.

**I**De permixtione sensus

Ubi desipientiā somn<sup>9</sup> sedat bonū/ ubi hō prestat  
malū. 2.2. **I**De epilensia.

Epilenticoz iuuenibus mutationes etatū tempo  
rum z locorum euitare faciunt. 45.2.

Quibus epilensie ante iuuentutem nascunt<sup>9</sup> mu  
tationem habent/ quibus vero a. 25. annis fiunt/

plerumq; commoriantur.

3  
8. s.

## **D**e dispositiōibus nervo- rum. Capitulum. ij.

### **D**e paraliſi.

Frigidū hō nervis inimicū / ossib<sup>9</sup> dentib<sup>9</sup> cerebro  
spinali medulle / calidū hō vtile z amicū. 18. s.

### **D**e spasmo et tetano

A spasmo et tetano febris superueniēs soluit egrē  
tudinem. 17. 4.

In febre ex sōnis tiores aut spasmi malū. 66. 4.

In febre spūs offēdēs malū: spasmi ei sigt. 67. 4.

In febribus acutis spasmus et circa viscera dolor  
res fortes malum. 79. 4.

Spasmus ex eleboro mortale. 1. s.

In vulnere spasm<sup>9</sup> superueniens mortale. 2. s.

Sanguis multo fluēte spasm<sup>9</sup> innat<sup>9</sup> malū. 3. s.

Spasm<sup>9</sup> z singl<sup>9</sup> p<sup>9</sup> nimia inanitionē malū. 4. s.

Si inebriatus aliquis repente sine voce fiat spasm<sup>9</sup>  
mo innato moritur. 6. s.

Quicūq; a tetano cōprehendunt / in quattuor die  
bus pereūt / si vero hos effugiūt sani sūt. 7. s.

Frigidū z tetanos z rigores / z febrū rigores. 18. s.

Est aut vbi i tetano sine vulnere iuvene bñ carno  
so estate media frigide aq mltā infusio calorū reuo  
cationē facit / calor hō hoc liberat. 17. s.

Calidū saniem faciens in omī vulnere maximū  
signū est ad certitudinē / cutem mollit et attenuat  
sine dolore / rigorū / spasmorum / tetanorum est  
mitigatoriū. 23. s.

Spasmus fit ex plenitudine aut ex euacuatione  
ita et singultus. 39. 6.

In sanguis fluxu desipiētia & spasm<sup>9</sup> malū. 9.7.

In hylion vomitus/ singul<sup>9</sup>/ spasmus & desipiētia malum. 10.7.

In vulnerib<sup>9</sup> fortib<sup>9</sup> spasm<sup>9</sup> aut tetan<sup>9</sup> malū. 13.7.

In vigilia spasmus aut desipiētia malū 18.7

In farmacie potione spasmus malum 26.7.

**¶ De stupore**

In plaga vel percussione in capite stupor aut desipiētia malum. 14.7.

**¶ De ictigatione aut saltu nihil**

**¶ De tortura**

In nō deficiēte hō febre si labiū aut ocul<sup>9</sup> aut supciliū aut nasus distorqueat aut nō videat vl vt natura audiat/ iā debili existēte corpe/ quecunq; horum fiant iam prope est mors 49.4.

**¶ De dispositionibus oculorum.**

**Capitulum. iij.**

In temporibus vero siquidem hyems sicca et borealis fiat/ ver vero pluuiosum & austrinū/ necesse est estate obralmias fieri 12.3.

Si vero hyems austrina et pluuiosa fiat/ ver vero siccum & boreale/ obralmie sicce fiunt 13.3.

Si vero borealis fuerit autumnus et inaquosus humidis quidem natura et mulieribus confert/ reliquis vero obralmie erunt sicce. 15.3.

In siccis temporibus obralmie fiunt 18.3.

Constitutiones vero quotidiane austrine/ vertigines faciunt in oculis. 17.3.

Estate hō qdā horū oculorū et aurū dolores. 22.3.

In nō deficiēte febre si ocul<sup>9</sup> distorqueat & nō videat debili existēte corpe/ iā prope mors est 49.4.

4

Quibuscūq; in febribus aut alijs egritudinibus voluntarie oculi lachrimant/nihil cōueniēs/quibus vero nō s̄m voluntatē/inconueniens. 52.4.

In oculis patientem dyaria accipi bonū 17.6.

Dolores oculoꝝ meri portio aut p̄ria aut flebotomia aut farmacia soluit 31.6.

Attendere aut̄ oportet et iudicia oculoꝝ a somnis: si enim quid albi appareat commissis palpebris non ex dyaria existente aut farmacie potatione/malum est signum et mortale valde 52.6.

Oculorum dolores meri portiones et lauacra multa calide et flebotomia soluit 47.7.

## **S De dispositionibus aurium**

### Capitulum.iiii

Quibuscūq; felle egestiones surditate supueniente quiescunt/et quibuscūq; surditas sit felleis supuenientibus egestionibus quiescit 28.4.

Aut nō audiat itā debili existente corpore:quecūq; horum fiant iam prope est mors. 49.4.

Quibus in febribus aures surdescunt / sanguis ex naribus fluens/aut v̄ter turbatus soluit egritudinem. 9.4.

## **S De dispositionibus nasi.**

### Capitulum.v.

Quibus nares humide natura et semē humidus sanis egrius/quibus vero contraria salubrius. 2.6.

Branchi et coriæ in valde senibus non maturantur. 40.2.

Senioribus vero catarrhi celeriter dissoluentes/ in sine aphorismi. 23.3.

Si vero estas siccā & borealis fuerit autūnus vero  
pluuiosus et austrinus / capitis dolores in hyeme  
tusses branchi et corrixē fiunt. 14.30

Si vero borealis etc. & corrixē diutine fiunt. 15.30

Senioribus vero disntie catarri etc. 32.30

Catarri in superiori ventre idest pectore in sanient  
conuertitur in. 20. diebus 35.70

Frigida aut nix aut cristallus etc. catarros facien  
tia. 25.5. **I**De fluxu sanguis nariū

Senioribus vero & ad iuuentutē accidētibus etc.  
& ex naribus sanguinis fluxus 27.30

Quibuscunq; in febrib<sup>9</sup> sanguis fluit multitudo  
vndecūq; i resumptiōib<sup>9</sup> vētres his hūectāt. 27.40

Quibuscūq; i febrib<sup>9</sup> aures surdescūt / sāguis ex  
naribus fluēs / aut venter turbatus / soluit egritū  
dinem. 50.40

Quib<sup>9</sup> spes ad articulos apostema conuerti etc. in  
in fine. Si vero ex naribus sanguis fluit valde et  
celeriter soluit. 75.40

Mulierī menstruis deficientibus sanguinem ex  
naribus fluere bonum est. 32.50

Caput dolenti et circudolenti sanies aut aqua /  
aut sanguis defluēs s̄m aures aut nares aut s̄m  
os soluit egritudinem. 10.50

In sāguis fluxu desipiētia aut spasm<sup>9</sup> malū. 9.70

#### **I**De sternutatione

Mulierī q̄ a matrice molestā / aut difficulter ge  
nerāti sternutatio supuentens bonum. 34.50

A singultu habito sternutatio supercuntens sol  
uit egritudinem. 12.50

Sternutatio sit a capite ex calefctō cerebro aut hu  
mectato qd̄ ē i capite vacuo / effūdīt enī aer i<sup>9</sup> ex<sup>9</sup>is  
foras / sonat hō qz pangust<sup>9</sup> est ei exitus 52.70

5

**D**e varijs dispositiōibus  
oris & lingue. Capitulum. vi.

In etatibus vero talia accidunt pueris & nouiter  
genitis ulceratiōes & vomitus &c. 25.3.

Trauli dyaria maxime capiunt longa 37.6.

**D**e dispositiōibus dentium  
Capitulum. vii.

Vnicum reperio aphorismum de medicina den-  
tium et pronosticum/preter illum qui positus est  
de difficili exitu dentium & est 26.3.

Quibus in dētib; in febribus limositates sūt/  
fortiores & diuturniores sūt febres 33.4.

Cū vero dentes producant:gingiuarum prurit⁹/  
febres/spasmi/dyarie/& maxime quando produ-  
cunt caninos dentes. 26.3.

**D**e dispositionibus labio-  
rum & giugiuarum. Capitulum. viii.

De egritudinib; labioꝝ & giugiuarū ī aphorismis  
nihil repio ultra ea q̄ dicta sunt de egritudie oris.

**D**e dispositionibus guttu-  
ris. Capitulum. ix.

Autumno vero et estiuoꝝ multa/strāgurie/liente-  
rie/et squinātes et anhelitus. 23.3.

Si a febre habito tumore nō existēte in faucibus  
suffocatio repente supuenerit mortale 34.4.

Si a febre habito collū cōuertat̄ ut vix deglutire  
possit tumore nō existēte in collo mortale 35.4.

Quicunq; squinantia effugiūt & ad pulmonem  
eis conuertitur/in septem diebus moriunt̄. Si ve-

B.

ro hos effugiunt/empici fiunt 11.5.  
Al signate habito tumor z rubor i pectore supuētes  
bonū/ foras enī conuertitur egritudo 37.6  
Si a febre habito tumore nō existēte suffocatio re  
pente renascit vt deglutire nō possit mortale. 60.7  
Sed s taliter inuenitur. Si a febre habi tororquea  
tur collū vt deglutire nō possit/ et trāsglutiedo an  
gustet sine tumore manifesto/ mortale

## **D**e dispositionib<sup>9</sup> pectoris et pulmonis. Capitulum. v.

De anhelitu/ cōstrictione siue difficultate eius/ vt  
in quarto aphorismo vt iam clarebit.

In febribus spīritus offendens malū: spasmus  
enim fieri significat. 68.4.

### **D**e asmate.

Quibuscunq; gibbi ex asmate sūt aut ruffi ante  
iuuentutem pereunt. 46.6

### **D**e ruffi.

Quadragesimusseptus dictus.

### **D**e voce

Si inebriat<sup>9</sup> aliquis repēte sine voce fiat/ spasma  
inanito moritur/ si nō febris acceperit eū/ aut ad  
horam veniens sūm quā crapule soluuntur locu  
tus fuerit zc. 6.5

Quibuscunq; dolores repente fiunt in capite con  
tinuo sine voce fiunt et stertunt / pereūt in septem  
diebus si non eum febris accipiat. 51.5.

Quibuscūq; cerebrū cōmotū fuerit ab aliqua cau  
sa necesse est statim sine voce fieri. 48.7.

### **D**e sputo sanguinis

Adolescētib<sup>9</sup> nō sputa sāguis/ ptisis/ febres acute/

6  
epilēsie et aliē egritudines / maxie hō predicte. 30.3.

Quibuscūq; i febrīb<sup>9</sup> sāguis fluit mltitudo vnde  
cūq; i resumptiōib<sup>9</sup> vētres his humectant<sup>r</sup> 27.4

Excreatiōes in febre non deficientib<sup>9</sup> liuide et san  
guinee et fellce et fetide oēs male sūt / egeste hō bo  
ne. Bone hō sunt hīn secessum et urinā zc. 47.4

Quicunq; sanguinem spumosum spuūt / his ex  
pulmone eductio sit. 14.5.

Caput dolēti et circūdolenti sanies aut aqua aut  
sanguis defluens hīn nares aut aures aut os sola  
uit egritudinem. 10.6.

In sanguinis sputo saniei sputū malū 15.7.

Quicunq; sanguinē vomunt siquidē sine febre sa  
lubre / si vero ex febre pniciosum / curare hō opora  
ret stipricis aut in frigidantibus. 37.8.

### ¶ De pleuresi.

Paroxyismos z consistentias declarāt egritudines  
et tēpora anni et circuitū adinuiē incrementa / si  
ue quotidie siue preter diē siue pamplic<sup>9</sup> tēpus fiat  
Sed ex apparētib<sup>9</sup> post / quemadmodū i pleu  
reticis sputum si continuo apparet subrubēū in  
choantem quidē morbū abbreviat. Si hō post  
apparet subrubeum prolongat 12.1.

Austrini status grauāt auditū Et subdividūt / si  
vero boreas fuerit / tusses faringes / ventres duri /  
diffurie / horrores / laterum dolores. 6.3.

Hyeme hō pleuretides / piplemonie / corize / brāchi  
tusses pectoris / latex. et lūboz dolores. 24.3

Quicunq; pleuretici facti nō purgantur in quat  
tuordecim diebus / hi in empima transeūt 9.5

Quicunq; ex pleureticiis empicū fiunt / si purgan  
tur in .xl. diebus a qua diē ruptura fuit / soluitur

¶ ij

Si vero non/in ptisim transeunt 16.5.  
 A pleuretide supato aut periplemonia dyaria sus  
 perueniens malum. 16.6  
 Alcide eructuâtes nō valde pleuretici sūt. In pleur  
 etide periplemonia malum. 33.6.  
**¶ De periplemonia**  
 Dicitur est de pleuresi. 34.6.  
 Dicitur est de pleuresi. 16.  
 In periplemonia frenesis malum 12.7.  
**¶ De empimate**  
 Quicūq; empici aut hydropici videntur aut incidunt  
 si sanies quidē pura fluxerit et alba euadit/ si hō  
 cenulēta et male olens fuerit pereunt 27.6  
**¶ De ptisi.**  
 Autumnus ptificis malus 11.3.  
 Si hō estas sicca et borealis fuerit/ autūm<sup>o</sup> hō plus  
 uiosus et austrin<sup>o</sup> capiti<sup>o</sup> dolores in hyeme et tusses et  
 brāchi et corise sūt/ qbusdā vero et ptisis 14.3  
 Autūno hō et estiuoz mltā et febres quartane et er  
 rantes et splenes et hydropes venientes et splenes et  
 ptifici. 23.3.  
 Dicitur est de sputo sanguinis 30.3.  
 Ptificos hō meruētes ad superiores farmacias. 8.4  
 Ptisis fit maxime etatib<sup>o</sup> a decem octo annis vsq;  
 ad viginti quinque annos 16.5.  
 Qui a ptisi molestantur si sputum qualemcūq;  
 spuunt fetet super carbōes effusum/ et capilli a ca  
 pite defluunt/ mortale est 12.5.  
 Quibuscūq; ptificis defluunt capilli/ si dyaria su  
 peruenerit mortale. 13.5.  
 A ptisi habito dyaria supueniens mortale 16.5  
 Lac dare caput dolentibus est malum. **¶ Alia ver**

7

ro & febricitantibus et quibus hypochondria suspē-  
sa rugiunt et siticulosi. Malum vero & quib<sup>9</sup> fel-  
lei secessus / & in acutis febribus / & quibus sangui-  
nis multa egestio facta est. Conuenit vero p̄ficiis  
non valde febricitantibus. Dare vero & in febrib<sup>9</sup>  
lōgis nullo predictorum signorum presente & ex-  
tra rationem tabefactis. 64. s.

In saniei sputo p̄fisis et fluxus malum / ubi salē  
ua retinetur moriuntur 16. 7.

## De dispositionibus cordis. Et

primo de tremore

Capitulum. xj.

In febribus circa ventrem cauma et cordis mor-  
sus vel tremor malum. 66. 4.

Qui exoluuntur fortiter & frequenter sine manife-  
sta occasione repente moriuntur

## De mammillis et dispositio-

nibus earum.

Capitulum. xij.

Mulierī in utero habēti si subito mammille gra-  
ciles fiunt abortit 35. s.

Mulierī in utero geminos habenti / si altera mā-  
millarum gracilis fiat alterum abortit / & si quidē  
dextera gracilis fiat masculum / si vero sinistram  
feminam. 27. s.

Si mulier q̄ neq; pregnās ē neq; generauit lac ha-  
ber / huic menstrua defecerunt. 38. s.

Mulieribus quibus conuertitur sanguis ad mā-  
millas / maniam significat 39. s.

Mulierī si vis menstrua retinere sciam maiorem  
ad mammillas appone. 30. s.

Mulierī in utero habēti lac extra māmillā mltū

fluens debile fetū significat/ si nō dura fuerit vbe  
ra/sanū fetum significant. 32.5.

Quęcunq; corruptiue sunt fetus/his vbera graci  
lia sūt. Si vero rursus dura sūt/si dolor est i vbe  
ribus aut vteribus/ genibus aut in oculo et non  
corumpuntur 33.5.

## **D** De dispositionibus Sto machi. Capitulum. viii.

**D** De meri et dispositiōe stomachi  
Ventre verē et hyeme calidissimi sunt natura et  
somnia longissimi. 15.1.

Estate et autūno cibos grauissime ferunt/hyeme  
vero facillime moy vere. 18.1.

In omni egritudine cōfortari mētē et bene se habes  
re ad oblatiōes bonū/cōtrariū vero malū 33.2

**D** De difficultate transglutiendi  
Si a febre habito collū cōuertatur vt vix degluti  
re possit/tumore nō existente in collo repete inna  
scitur vt deglutire non possit/mortale 35.4

**D** De dolore stomachi.  
In febribus/circa ventrem cauma forte et cordis  
morsus/malum 66.4.

**D** De siti.  
Potus indigentiam soluit 21.2.  
Quibuscunq; bibere desiderū nocte valde sitiens  
ribus si dormiuerint/bonum. 27.5.

**D** De dispositiōib<sup>9</sup> mirach et hypocūdrioz  
Quib<sup>9</sup> hypocūdria suspēsa sunt et subrugieria: lū  
bi dolore supueniēte vētres his humectant / si nō  
ventositates erūpanē aut vrine multitudo nō sup  
ueniat/in febribus vero hec sūnt. 64.4

**De vomitu.**

In pturbationib<sup>9</sup> ventris et vomitibus q̄ sponte  
 fiūt/siquidē qualia oportet purgari purgētur p̄se  
 stīm et bene ferunt. si vero non contrariū 2.1.  
 Difficile vomentes et medie carnosos inferius ti  
 mentes estatem. 7.4  
 Ex egritudinibus quibuscūq; si sel nigrum sura  
 sum aut deorsum exiit mortale. 22.4.  
 In illō vomit<sup>9</sup> singlt<sup>9</sup> spasm<sup>9</sup> desipiētia malū. 10.7

**De singultu.**

Spasm<sup>9</sup> et singlt<sup>9</sup> p̄ nimia purgationē malū. 4.5.  
 A singultu habito sternutatio superueniēs soluit  
 egritudinem. 13.6.  
 A dyaria habito diuturna spontaneus vomitus  
 superueniens soluit dyariam 15.6  
 In flegmone epatis singultus malum. 17.7.

**De dispositionibus epatis.**

Capitulum. viii.

**De dolore epatis.**

Cuiusq; epar circūdolet/ his febris superueniēs  
 soluit egritudinem. 13.7.

**De apostematibus epatis**

In epate nō flegmōes patiēti singlt<sup>9</sup> supuēit. 60.5  
 Desicam incisam aut cerebrū aut cor aut diastra  
 gma aut renes aut intestiorū aliq̄ gracilium aut  
 ventrem aut epar mortale 18.6.  
 Quicūq; in epate propter saniem vruntur/siquis  
 dē sanies pura fluxerit et alba euadūt / in tunica  
 enim illic sanies est. Si vero velut amurca fluxerit  
 p̄pereunt. 46.7.

**De hydropē.**

Autūno hō z estiuoz mlta z febres quartāe: z errātes z splenes z hydro pes veniētes ex splene zc. 23.3

Hydropicis si nascuntur in corpore vulnera/ non facile sanantur 8.6.

Quicūqz empici aut hydrofici vrunt aut scindūt his effluente sanie aut aqua multa etiam repente omnino pereunt. 22.6.

Quibuscunqz torsiones z circa umbilicū dolores et lūbos et dolorem nō soluit neqz farmacijs neqz aliter/ in hydro pem siccam perficitur. 11.4.

Hydropicis tussis superueniens mala/ precedens non sine malo. 35.6.

Quicunqz splenetici a dissinteria capiuntur/ his superueniente disnia longa hydro ps innasit aut lienteria et pereunt. 43.6.

In mania dissenteria aut hydro ps aut extasis/ bonum. 5.7.

Hydropic<sup>9</sup> si tussim siccā hz despatus est. 48.7.

Quibus epar aqua impletū erūpit/ his aqua vēter impletur et moriuntur. 46.7

#### De hypochondrijs.

Quib<sup>9</sup> in febricitatib<sup>9</sup> i septima aut nona aut vñ decima aut decima quarta die ictericia supueniēs bonum/ si non ad dextrū hypochondriū durū fiat: si vero non/ non bonum. 64.4.

Quibus hypochondria suspensa et subrugientia/ lūbi dolore superueniente ventres his humectant si non ventositates erumpant aut vrine multitudō supueniat/ in feb. vero hec fiunt. 74.4.

Lac dare caput dolentibus malum: malum vero et febricitantibus et quibus hypochondria suspensa rugiunt et siticulosi zc. 64.5.

9.  
Quibuscunqz dolor sit circa hypochondria sine fe-  
gimōe/his supueniēs febr̄ soluit dolorē. 70.6.

## **D**e dispositionibus fellis et splenis. Caplm. xv.

**D**e icteritia  
Quib̄i febr̄i<sup>9</sup> i septia aut nona aut. xj. aut. xiiij.  
die icteritia supuenerit bonū / nisi dextrū hypochō-  
drium durum fiat / si vero non bonum 64.4.

Quibuscunqz in febr̄ibus icteritia supuenerit an-  
te septimum diem / malum est. 63.4.

Ictericis non valde instantur. 71.5.

Ictericis si epar durum sit malū 42.6.

## **D**e splene.

Autūno vero estiuoz mlt̄a et febris quartana z era-  
rātes z splenes z hydropes veniētes ex splene. 23.3.

Quicunqz spleneticis a dissenteria capiuntur / his  
superuente disētia longa hydrops innascit̄ aut  
lienteria et pereunt. 43.6.

Spleneticis dissenteria supueniēs bonū 48.6

## **D**e fluxu omnium modo- rum. Capitulum. xvj.

In vētris fluxibus mutatiōes egestionū iuuant  
si non ad malum transmutentur. 14.2.

Egestiōes nigre vel quasi sāguis spēte veniētes et  
cū febre z sine febre pessime sūt / z q̄tūcūqz colores  
plures fuerit / maḡ malū; cū farmacijs nō meli<sup>9</sup> ē  
z q̄tūcūqz plures colores fuerit nō malū ē. 21.4.

Egritudinib<sup>9</sup> quibuscūqz incipiētib<sup>9</sup> si fel nigrū  
sursum aut deorsum exiuerit mortale est 22.4.

Quibuscūqz ex egritudinib<sup>9</sup> acutis / aut multi tē-  
poris aut abortib<sup>9</sup> / aut ale ex tenuitatē / si fel nigrū

C

quasi sanguis exiuerit / sequenti die certifico mor-  
 rientur. 23.4.  
 Dissinteria si a felle nigro ichoauerit mortua. 24.4.  
 Nigre egestionis si a dissinteria iam habitio ut inte-  
 stinorum carnes egerantur mortale. 25.4.  
 Quibuscumque felle egestionis sunt surditate superue-  
 niere quietescunt / et quibuscumque surditas fit felleis sup-  
 ueniens egestionibus quietescit 28.4.  
 Mulieri in utero habenti tenasmon innatum ab-  
 ortum facit. 49.1.  
 In diurnis lienteris opremia veniens prius  
 non existens signum est bonum. 1.6.  
 In longis dissinteris cibi abstinentia malum: et  
 cum febre peius. 3.6.  
 Traxi a dyaria capiuntur longa. 32.6.  
 Quicumque splenetici a dissinteria capiunt: his superue-  
 niente dysuria longa hydrops innascitur aut liente-  
 ria et pereunt. 43.6.  
 Splenetici superueniens dissinteria bonum 48.6.  
 In mania dissinteria aut hydrops aut exstas bonum. 7.7.  
 In colerico secessu dissinteria malum 24.7.  
 Si ab albo flegmate habito dyaria superuenerit  
 fortis soluit egritudinem. 30.7.  
 Quibuscumque spumose egestionis in dyaria: his flegma  
 a capite defluit. 31.7. **¶** De doloribus intestinorum.  
 Quibuscumque torsiones et circa umbilicum dolores  
 et lumbos / dolor non soluitur neque a pharmacia  
 neque aliter in hydropem siccam perficitur. 11.4.  
 In febribus acutis spasmus et circa viscera dolo-  
 res fortes malum 49.4.  
 Dolores in lateribus et pectoribus et in alijs partibus  
 si multum differunt ad discernendum mali sunt 1.6.

Dolores et tumores circa ventrem epistemes superiores quidem leuiores / non superiores vero fortiores. 7.6.

### De ilios.

Quibuscunq; ex stranguria ilion innascitur / hinc in septem diebus pereunt / si non febris superueniente vrina multa fluxerit. 44.6.

In ilion vomitus / singultus / spasmus desipientia malum. 10.7

### De colica nihil

## De dispositionibus ani.

### Capitulum. xvij.

Melancolicis et freneticis emoroides innate / bonum. 11.6.

Emoroides habenti antiquas si non vna relicta fuerit periculum est hydropisim aut ptisim aut maniam fieri. 12.6.

Maniacis varicibus aut emoroidibus innatis / manie fit solutio. 11.6.

## De dispositionibus renū.

### Capitulum. xvij.

Quicumq; nefretici sunt non sanantur post 40. annos / intelligendo per nefresim passionem renū omnem indifferenter. 6.4.

Quibuscunq; i vrinis arenosa subsistat sedimina / his vesica aut renes lithiasim patitur. 80.4

Nefretici et circa vesicaz dolores laboriose sanantur in senib;. Et p nefresim hic itellige ulcerationē / et in fine cōmenti Galien⁹ sicut alibi dixit Hypocr. senes his passionib; cōmoruntur 7.6.

C ij

Quibuscūq; in urinis ampulle supnatant nefreticam & longā egritudinē fore significāt. 35.7.

Quibuscūq; pinguis hypostasis & cōglobata his nefreticam sīgt & acutam fore egritudinē 36.7

Quibuscūq; nefreticis:epistētib⁹ predicta signa acciderint / & dolores acuti circa musculos spinales sint/siquidē circa lūbos extrinsecos sunt apostema futurū extrinsecū sīgt. Si nō dolor magis circa interiora loca fuerit/ apostema futurum expectabis magis intus. 37.7.

Quibuscūq; inter renes et ventrē flegma cōcludit et dolorem prestans non habet exitum in neutrū ventriū/his s̄m venas in vesicam conuerso flegmate solutio fit morbi. 38.7.

## **D** De dispositionibus vesice

### Capitulum. xix.

Egritudines nō in pluuiatib⁹ vt multū sūt/ & febres longe/ & ventris fluxus/ & putritudines/epilectici/apopletici & squinatēs. In siccis nō prisci/obthalmie/arthetice/strāgurie/ et dissurie. 17.3

Autumno vero et estiuorum multa/febres quarantane et errantes et splenes/hydropes & ptisis & strāgurie et lienterie. 23.3.

Senioribus vero factis perichimia spondillis & lithiasēs/lumbrici. 27.3.

Senioribus disnie/catarri cū tussi/strāgurie/ dissurie/articulorū dolores nefresis/vertigies:apoplexie/cacēstē/pruritus totius corporis/melancolie/vigilie/ventris & narium humiditates:oculorū hebetudo/glaucositas/grauitas auditus. 32.3.

Quibuscūq; vrine grosse globosse pauce non sine

11  
febribus multitudine veniēs ex his tenuis iuuat/  
maxime vero talia eueniūt quib⁹ ex principio vel  
post principiu aut celerius hypostasces fiūt 70.4  
Quibuscuq; i febrib⁹ vrine turbare velut subiu  
galii: his capit⁹ dolores aut adsūt at aderūt. 71.4  
Quibus septimo egritudo terminatur/his nubē  
habet rubeam quarta dies in vrina et alia signa  
sm rationem. 73.4.

Quibus vrine z limpidē aut albē/ male vero i fe  
neticis apparent. 72.4.

Quibus hypocondria suspensa z subrugieria lū  
bi dolore superueniente/ventres his humectātur:  
si non ventositates erumpant/ aut vrine multitu  
do superueniat. 74.4.

Quibus spes ad articulos apostema cōverti/ eruet  
ab apostemate vrina grossa z multa et alba facta  
velut in laboriosis febribus z maxime si in quae  
tanis quibusdā icipit fieri. Si xō sanguis ex nas  
ribus fluat valde celeriter soluuntur. 75.4.

Si sanguinem aut pus mingerint. renū aut vesi  
ce ulcerationem significat. 70.4.

Quibus in vrina grossa quasi carniū frusta vl sic  
cut pili sunt/his de renibus exiunt. 76.4.

Quibus in vrina pingui existere surfura mingū  
tur/his vesica scabit. 77.4.

Quicunq; sanguinem sponte mingunt/his de re  
nibus vene rupturam significat 75.4.

Si sanguinem mingunt aut trumbos/ idest san  
guinem coagulatum/ z stranguriam habēt et do  
lor incidit in pectinem et sub ventre et ventris mē  
brana/circa vesicam dolorem sigt 80.4.

Quibuscuq; in vrinis arenosa obstant/his vesi

C iij

ca aut renes lithiasim habet 80.4.  
 Si sanguinem aut pus mingūt aut squamas et  
 odor grauis/vesice vlcerationem sigt 82.4  
 Quibus in vrnali via vel virga pustule nascun-  
 tur/sanie facta z erupta solutio fit morbi 83.3.  
 Vrina facta multa noctu modicum secessum sigt  
 et econuerso. 84.4.  
 In ano flegmōes patiēti et matrice flegmonē hū-  
 te/strāguria supuenit. In epate vero flegmōes pa-  
 tientī singultus supuenit z in renibus habentib?  
 saniem stranguria accidit 18.5.  
 Nefretici z circa vesicā dolores:laboriose sanantur  
 in febribus als in senibus.1 6.6  
 Vesicam incisam aut cerebrum/aut cor/aut dia-  
 fragma/aut epar/aut ventrem/aut renes/aut in  
 testinoꝝ aliquod graciliū mortale. 18.6.  
 Quibuscunq; ex strāguria:ūlios innascit/hī in se-  
 ptem diebus pereunt / si non febre superueniente  
 multum vrina fluxerit 44.4  
 Quibuscūq; in febrib?i vrinis crinoydes hyposta-  
 ses sūt/longā egritudinē sigt. 32.7.  
 Quibuscunq; vrine distantes fiunt/ his in corpo-  
 re kurbatio fit fortis. 34.7.  
 Quibuscūq; in vrinis ampulle supnatāt/ nefreti-  
 cā sigt/z longā egritudinē fore. 35.7.  
 Quibuscūq; piguis hypostasis et cōglobata/ his  
 nefreticā sigt z acutā egritudinē fore 36.7.  
 Si sanguinē z trūbos mingant z stranguriā ha-  
 beāt z dolor incidit in peritoneon z sub ventrem z  
 pectinē/ea q̄ circa vesicā sunt/egrotare signt. 40.7  
 Stranguriam et diffurtam vini potio et sic flebo-  
 tomia soluit:incidere vero venam que intus in ta

lo est bonum.

49.7.

**D**e dispositionibus mem-

brozum generationis in viris Caplm. xx  
Similiter in maribus / aut enim propter raritate  
corporis spiritus extra fertur vt non incidat semē  
aut propter densitate humidū nō diffundit extra  
aut propter frigidum non calescit ita vt congrega-  
tur ad hunc locum / aut propter caliditatem hoc  
ipsum fit. 63.5.

Quando incisum fuerit os aut cartilago / aut ner-  
uus / aut maxille tenues aut prepuccium / neqz cre-  
scit neqz conglutinatur. 19.6.

**D**e membris generatiōis

in femellis. Capitulum. xxj.

Si vero austrina hyems et pluuiosa et tranqui-  
la fiat / ver vero siccum et boreale / mulieres siqui-  
dem quibus partus ad ver inest / ex omni occasio-  
ne abortiunt. Si vero genuerint / morbosos pue-  
ros et imbecilles pariunt / vt aut statim resoluens-  
tur id est moriantur / aut morbidi et tenues viuāt  
existentes. Alijs vero iunioribus quidē dissinterie  
et obtalmie si cce sūt senioribus vero catarrri celeri-  
te: dissoluentes 13.3.

Pregnantes si conuenit purgare / a quarto mense  
vsqz ad septimum / minus vero has / minora ve-  
ro et seniora vereri oportet. 1.4.

Muliebria educit ex aromatib<sup>9</sup> calefactio / mul-  
tortens vero et ad alia utilis esset si non caput gra-  
uedinem faceret. 28.5.

Mulier in utero habens febotomia abortum fa-

tit/sed magis cuius maior est fetus 29. f.  
 Mulieri in ore: o habenti / ab aliqua egritudine  
 acutatum accipit mortale est. 30. f.  
 Mulieri sanguinem vomenti mēstruis superues  
 nientibus solutio fit. 31. f.  
 Mulieri mēstruis deficientibus sanguinem ex  
 naribus fluere bonum est. 32. f.  
 Mulieri in utero habenti si venter fluat/periculū  
 est abortiendi 33. f.  
 Mulieri q̄ a matrice molestat̄ aut difficulter gene  
 ranti/sternutatio supueniēs bonū 34. f.  
 Mulieri mēstrua hūti sine colore pprio & nō fm  
 se semp facta purgatione indigere sigt. 35. f.  
 Mulieri in utero habēti si subito mammille gra  
 ciles fiant abortit. 36. f.  
 Mulieri in utero habēti si altera mammilla gra  
 cilis fiat/geminos habenti alterum abortiet/& si  
 quidem dextra gracilis fiat/masculum. Si vero  
 sinistra/feminam 37. f.  
 Similiter q̄ neq; pregnās neq; gnauit lac habet/  
 huiusmodi mēstrua defecerunt. 38. f.  
 Mulieribus quibus cōuertitur sanguis ad mā  
 millas/maniā significat 39. f.  
 Mulierē si vis scire si cōcepit:melliteratum qñ dor  
 mitura est da ei bibere.& siqdē si torsioēs habuerit  
 circa ventrē/cōcepit. Si vero nō minime. 40. f.  
 Mulier siquidem masculum concepit bene colo  
 rata est/si vero feminā discolorata. 41. f.  
 Si mulieri pregnāti herisipila fit ī matrice morta.  
 Que preter naturā tenues exñtes p̄cipiūt (42. f.  
 abortum anteq̄ grossescant. 43. f.  
 Quēcūq; corpora moderate hñtes abortiunt/secū  
 do mense aut tertio sine omni occasiōe manifesta/

13  
his cotilidões mulcilaginis plēi sūt. et nō pnt. pre  
grauedine tenere fetū. / s̄ abrupuntur 44. s.  
Quecūq; existentes preter naturā crasse non concē  
piūt. / his pinguedo os matricis obturat r̄ priusq;  
exuentur non concipiunt. 45. s.  
Si matricis in vertebro posita fecerit sanem / nec  
esse est commotum fieri 46. s.  
Fetus maris quidem in dextris / femine vero in  
sinistris magis. 47. s.  
Ad matricis precipitatioes obturicum appone  
apprehendens os et nares. 48. s.  
Mulieri in utero habenti tenasmon innatus ab  
ortire facit. 49. s.  
Mulieris menstrua si vis retinere / siciam maio  
rem ad mamillas appone 50. s.  
Quecūq; in utero hnt his cludit os matricis. 51. s.  
Mulieri in utero habenti / lac ex māmillis mltū  
fluens fetum sigt debile. si x̄o vbera dura fuerint  
sanum significat fetum. 52. s.  
Quecūq; corrupture sunt fetus / his vbera grac  
lia fiunt. Si vero rursus dura fiunt / et si dolor sit  
in vberibus aut in vertebrib; / aut in genibus; aut  
in oculis non corrumpuntur 53. s.  
Quibuscūq; os matricum durū est / his necesse  
est os matricum concludi. 54. s.  
Quecūq; in utero hntes a febrib; accipiunt / r̄ for  
titer calefiūt sine occasiōe māifesta / gnant piclose /  
et difficulter aut abortiūt piclitantes 55. s.  
In fluxu muliebri spasmus et animi defectio sē  
superueniat malum. 56. s.  
Nestruis plurimis euētib; accidūt egritudines  
r̄ nō veniētib; a matrice accidūt egritudines. h̄ 7. s

Mulier si nō cōceperit/velis autē scire si concipiet/  
contegens vestimentis suffimiga deorsum/et siq̄  
dem trāsire videatur odor per corpus ad os & nas  
res cognosce qm̄ ea nō ppter se nō generat 59.5.

Mulierī in utero haberi si purgatiōes exeūt/im  
possibile est fetum sanum esse. 60.5.

Si mulieri purgatiōes nō exeūt/neqz febre/neqz  
rigore supueniēte/anxietates/abhomiatiōes: defe  
ctiōnes animi ei acciderint / reputa hanc in utero  
habere. 61.5.

Quēcūqz dēsas & frigidās matrices habēt nō con  
cipient. Et q̄cūqz humidās habēt matrices nō cō  
cipient/extinguit enī in eis semē. Et q̄cūqz siccas  
& magz ardētes nō cōcipiūt/indigētia enim nutri  
mētī corūpīt semē. Et q̄cūqz ex utrisqz tēpē hnt  
moderate/hmōi fiunt generantes 62.5.

Mulierī in utero habenti tenasmus superueniēs  
abortit. 28.7

**D**e dispositionibus appa  
rētibus in extremitatibus mēbroz. Caplm. xvij.  
Duoz dolorz q̄ simul sūt nō sīm eisdē locū vehe  
mētior denigrat alterū. Posit⁹ est hic aphorismus  
ad euidentiā dolorz iuncturariū. 46.2.

Non febricitantibus existētib⁹ si fiat stroph⁹/vl  
genuum grauitas et lumboz dolor/deorsum far  
macia indigere significat. 20.4.

Laboriosus in febribus circa articulos & circa mas  
pillas maxime apostases fiunt. 31.4

Si vero prius doluerit aliqd ante egritudinem/  
illuc confirmatur egritudo. 33.4.

Quibuscunqz febres longe/ his dolores et pulsus

le fiunt in articulis.

14  
44.4.

In articulis dolores et tumores sine ulceratione podagra et spasmus et horum plurima/frigida aqua infusa refrigerat et attenuat et dolorem soluit. Scupor enim mediocriter dolorem minuit.

25.5.

Maniacis emoroidibus aut varicibus innatis manie solutio fit.

21.6.

Quicumque dolores a dorso in cubitos transeunt/ flebotomia soluit

22.6.

Eunuchi non podagrizant neque calui fiunt.

28.6.

Mulier non podagrizat/si menstrua non defecerunt in ea.

29.6.

Puer non podagrizat ante aphrodisiam. id est ante coitum.

30.6.

Quicumque calui sunt his varices non nascuntur magne quibuscumque non nascuntur rursus capillati sunt

34.6.

Quibuscumque gibbi ex asmate sunt aut tussi/ante iuuentutem pereunt.

46.8.

Quicumque tumores podagrici fiunt in. 40. diebus deferescentes resident.

49.6.

Podagrica et maniacia vere et autumno mouentur: ut in pluribus.

55.6.

Quibuscumque a sciatica molestatis vertebrum resiliit foras/et rursus incidat in locum suum/his mucilagines facte sunt.

59.6.

Quibuscumque a sciatica molestatis vertebrum resiliit foras/his tabescit crus et claudicat si non vrantur. 60.5

**I**mpressum Rostochii per  
Ludouicum Dietz. Anno virginis partus. 1519.







Gebunden  
bei  
L. A. GARBE  
Rostock  
Breite Str. 25.



Mulier si nō cō  
contegens vestim  
dem trāsire vide  
res cognosce qm̄  
Mulieri in utero  
possibile est fetum  
Si mulieri purg  
rigore supueniēre  
ctiones animi ei  
habere.  
Quęcūq; dēsas r  
cipient. Et q̄cūq;  
cipient/eytinguit  
r maḡ ardētes nō  
mētī corūpit sem  
moderate/hmōi f  
Mulieri in utero  
abortit.

**D**e disp  
rētibus in extremi  
Duorū dolorū q̄ sim  
mētior denigrat ab  
ad euidentiā dolor  
Non febricitantibi  
genuum grauitas  
macia indigere sig  
Laboriosis in febr  
pillas maxime ap  
Si vero prius doli  
illie confirmatur eg  
Quibuscunq; febr

aut scire si concipiet/  
niga deorsum/et siq;  
corpus ad os r nas  
e nō generat 59.5.  
urgatiōes exēit/ima  
60.5.  
eūt/neq; febre/neq;  
abhomiatōes: dese  
epura hanc in utero  
61.5.  
trices habēt nō con  
bēt matrices nō cō  
nē. Et q̄cūq; siccas  
digētia enim nutri  
ex utrisq; tēpiē hnt  
ites 62.5.  
ismus superueniēs  
28.7

**U**bi appa  
rox. Caplm. xxij.  
in eūdē locū vehe  
st hic aphorismus  
46.2.  
si fiat stroph<sup>9</sup>/vl  
dolor/deorsum far  
20.4.  
riculos r circa ma  
t. 31.4  
nte egritudinem/  
33.4.  
dolores et pustul

